

dimicaverint pro salute temporali tantum et gloria momentanea vel adipiscenda vel tuenda. Ex cede quoque hominum in eisdem preliis innumerabili perpetrata licet advertere severitatem Dei in reprobos, quos quasi pecora vilia^{c)} inutiles et abiectos reputans peccatis eorum exigentibus tot eorum milia tamquam innumerabiles multitudines in singulis fere bellis per manus hostium interire simulque in anima et corpore passim perire permisit; econtra vero bonitatem eiusdem et^{d)} clemenciam in electos, pro quibus ipsemet in fine temporum rex¹²⁾ *Israel mutato habitu* suo, ne agnosceretur ab hostibus, id est *forma*¹³⁾ *servi* suscepta, armisque nostre mortalitatis¹⁴⁾ *indutus*, ut *quod infirmum est Dei, fortius esset hominibus*, in^{e)} campum certaminis huius mundi potestates^{f)} contrarias^{f)} debellaturus advenit et, ut eos ab utroque morte misericorditer liberaret, usque ad proprii sanguinis effusionem multiplicem et copiosam insuper et usque ad mortem ignominiosissimam^{g)} tam fortiter agonizavit et vicit.

c. 6^{h)}. Apologiaⁱ⁾ de natura rerum et historia temporum

Porro ipsam rerum naturam, quam diligentius ut potui descripsi, nullus — ut estimo — superfluum vel inutilem reputabit, qui in ipso creaturarum libro nobis ad legendum proposito creatoris^{k)}, gubernatoris^{k)} et conservatoris omnium Dei potentiam, sapientiam¹⁾, bonitatem ipsa veritate rationem illuminante legere consueverit. Nam ut ait magnus ille Basilius ab hiis, qui *veritatem*¹⁵⁾ *intelligentes ex visibilibus invisibilia reputant, in terra et in aere et in aquis*^{m)} *et in celo*ⁿ⁾ *et in omnibus, que cernuntur, benefactoris monimenta certissima capiuntur*. Sicque Domino sensibus eorum iugiter adherente *nec*^{o)} *peccatis tempus datur, nec inimico locus suggerendi contraria relinquitur*.

Accedit ad hec et utilitas alia predicatoribus et doctoribus cunctisque Scripturarum Sanctarum^{p)} expositoribus^{q)} minime contemnenda; ut

e) *fehlt D* d) *ac R* e) *fehlt D₁* 1-f) contrarias potestates *D*
g) ignominiosam *ND* h) 5 *R* 1) *folgt* actoris *D₁* k-k) gu-
bernatoris, creatoris *D₂D₃* 1) *fehlt N; folgt* et *D₂D₃* m) celo *D*
n) aquis *D* o) neque *R* p) sacrarum *N₃* q) expositori *D₃*

¹²⁾ Vgl. 3. Reg. 22, 30 bzw. 2. Paral. 18, 29.

¹³⁾ Phil. 2, 7.

¹⁴⁾ Vgl. 1. Cor. 15, 53 bzw. 1. Cor. 1, 25.

¹⁵⁾ Eustathius in Hexaemeron Basilii III, 10, 7—8, ed. Emmanuel Amand de Mendieta et Styg Y. Rudberg, Eustathius, Ancienne version latine des neuf homélies sur l'hexaéméron de Basile de Césarée (Texte und Unters. z. Gesch. d. altchr. Lit. 66, 1958) S. 45.